

tierrez confirmat, Petrus Nunniz confirmat, Beila Rodriz confirmat, Fredinando Rodriz confirmat, Gundisalvo Rodriz confirmat, Guterre 125
Gundisalviz confirmat, Alvaro Rodriz confirmat, Citi Hanniz exaravi, manu mea feci.

Es inadmisibile la fecha o año 993 que da el Cartulario, puesto que firman el rey D. Fernando y su esposa D.^a Sancha.

Dice la carta que el día 19 de marzo era sábado. El año 1043, que comenzó 130 en feria VII (sábado), cumple la condición de ser sábado el 19 de marzo, y era rey D. Fernando. Es de creer que en la fecha se olvidara escribir una L, con cuya adición resulta la era M(L)XXXI, equivalente al año 1043, que proponemos.

Se dice en la carta que eran obispos entonces en Palencia Bernardo, Ci- 135 priano en León y Pedro en Burgos.

Don Bernardo fué obispo de Palencia desde 1036; D. Cipriano, en León, desde 1040 a 1057; D. Pedro, en Burgos, no coincide con las fechas que asigna Flórez (*España Sagrada*, tomo XXVI) al primero de este nombre (1001-1024) ni al segundo del mismo nombre (1139-1146).

El P. Sota, en su *Crónica de los Principes de Asturias*, publicó este docu- 140 mento en los Apéndices (escritura 20), y en la fecha pone era MLXXXI, o sea año 1043.

El mismo P. Sota publicó (*Crónica*, pág. 649) un privilegio en favor de San- 145 tillana, del año 1045, en el cual firman los obispos de Palencia y de León, respectivamente, Bernardo y Cipriano.

LXII

Sábado 7 de marzo de 1103. (?)

[f. 44.]

CAMBIO

Sub Christi nomine et individue Trinitatis Patris quoque videlicet hac Spiritus Sancti qui unus et admirabilis extad per numquam finienda semper secula seculorum. Amen. Ideo ego Roderico Monioz et uxor mea Tarasia cum omni bona nostra placentia que fecimus inter nos cum tibi Petrus abba et congregatio clericorum vel fratrum 5 prenomina- tis de ipsis Iohannes prior et alio Iohannes et Petrus magister vel ceterorumque vel fratrum placuit nobis et nobis per ex- pontaneas nostras voluptates ut concombiamus vel comutavi- mus terras per terras cum suis pumiferis vel ceterarumque arbuscula que abemus nostras proprias in territorio asturiensium. Damus nobis 10

Roderico Monioz et uxor mea Tarasia ad vobis Petrus abba cum cuncta omni congregatio vestra ipsas hereditates cum cuncta eius arbuscula que abemus in villa Orennia secundum iuri nostro tene- mus ab integrum extra illa tertia parte que es del Comite Gomez Gutesalvez, et sic quomodo fuit de nostros parentes. Sic damus 15 illo illas II tertias et que iure meo est totum ex integrum vobis concedimus, sive terras, sive pumiferas, sive defesas, pratis, pascuis, padulibus, molinos cum aqueductile suos exitus vel regressus, de monte in fonte cum omnibus adjunctionibus qui ad ipsas hereditates pertinent intus et foris per suis terminis et locis antiquis per ubique 20 suo directo de ipsas hereditates potueritis invenire vobis per cartula concambiationis damus atque in scriptura confirmamus ab omni integritate. Proque accepimus de vobis iam supradictis Petrus abba cum cuncta eius congregatio vestra in concambio per ipsas terras alias terras in territorio de valle Toranzo in villa que vocitant Igras 25 cum suarum arbuscula ab omni integritate quod nobis et vobis bene complacuit et voluntas fuit, et afirmavimus inter nos negotium vel mercatum stabile per semper. Ita ut de odie die vel tempore de iuri meo egressas ipsas hereditates et in iuri nostro egressas ipsas hereditates et in iuri vestro sic traditas atque confirmatas abeat potestatem in Dei nómine, stantem et permanentem huius scriptura concambiationis in omni robore et perpetua firmitate facimus permanere, ut unusquisque quod accepit suum ita firmiter obtineat. Si quis tamen, quod fieri minime credimus, aliquis homo de pars nostra ad parti que vestre ad inrumpendum venerimus, tam nos quam qui 35 post nos advernerit sive Regi, vel Potestas, quam populorum universitas quisquis ille fuerit qui talia comiserit, tunc pariet vobis ipsas terras cum cuncta sua arbuscula in duplo vel triplo in similem tali locum, et insuper aure talentum quinque et scriptura terras fusa firmiter permaneat evo perhenni et secula cuncta. Amen. Facta carta 40 vel scriptura concambiationis die notum sabbato, nonas marcius, era M. C. XI, Adefonsus Imperator Spaniarum Regni regnante in cives Toletane et Legione, et in aliis multis cum coniuge sue Elisabet sub Christi auxilio, ego Roderico Monioz et Vermudo Rodriz, et Monio Rodriz Imperante Camesa, et ecce nos Roderico Monioz et 45 uxor mea Tarasia in hac carta concambiationis que fieri elegimus, et relegendo cognovimus, manus nostras roboramus + + coram

testes Cidi et Vellidi, hic testes sumus, legente audivimus et manus nostras + + roboravimus, qui presentes fuerunt. Iohannes abba de Castanneta conf., Aufonso Hanniz conf., Alvar Rodriz conf., Migael 50 Asuriz confirmat, Guntsalvo Ertez confirmat, Guntsalvo Petriz confirmat, Petru Guntsalvez confirmat, Rodrico Hectar confirmat, omnes de Orenna confirmant, Martinus titulavit hec fecit.

Esta carta no puede ser del año 1073, pues dice que imperaba D. Alfonso en Toledo y que su esposa era Isabel. Si en la era MCXI la X valiera 40 unidades o llevara el rasguillo característico, resultaría el año 1103, y en esta fecha se verificó que el día 7 de marzo fué sábado. Creemos que el amanuense hizo la copia olvidándose del rasgo de la X. En el año así corregido vivía la reina D.^a Isabel (1099-¿1107?).

LXIII

Domingo 12 de agosto de 1106. (?)

[f. 45 vto.]

EN VILLAFLEGA

Sub Christi nomine et individue Trinitatis Patris videlicet hac Spiritus Sancti qui unus et admirabilis extad per nunquam finienda secula. Amen. Ego etenim Salvator Iohannis qui sum quodam parentum meorum Iohannes et Azenda pro animabus suis et pro remedio anime mee penas inferni pauendo et paradisum conquirendo 5 fatio expontanea mea voluptate regula vel pactum tradictionis a Sancte Iuliane Virginis, cuius baselica fundata est in patria Asturiensis, et ad tibi abba Petro et ad collegio monacorum qui ibidem serviunt, ut ego abeam protectores, et a Deum semper rogatores. Amen. Ego iam dicto Salvator Iohannes do et concedo una terra vel 10 serna in villa Afflega ubi vocitant Villanova et in predicto loco a Figares et est ipsa terra vel serna per illa itinere antiqua que discurrere ubique, et per illum arogium et per illa itinere antiqua que discurrere a Castannare, et IIII terminum de Monio Assuriz que istos terminos includent tam scalidatum quomodo per scalidare concedo 15 ad regula Sancte Iuliane Virginis ab omni integritate et a cultoribus qui ibidem serviunt et qui ibidem abitaverint do et concedo uias per meas terras adaurire aqua et pascuis in exitus vel regresitus

usque in litore maris de odie in die de iure meo abterso, et ad regula Sancte Iuliane Virginis fiat confirmatum. Si quis tamen aliquis homo 20 qui contra benefactum meum disrumpere voluerit, aut contemptor steterit quislibet honio aut vel posteritas mea qui contra regula Sancte Iuliane Virginis comptentor extiterit in primis descendat super eum ira Dei et discomunicatus fiat a sanguine Christi et in die iudicii in eterna dapnacione abeat parte cum Iuda traditore, et super 25 hanc parie ipsa ereditate cum duplo vel triplo et auri libras V.º et ad Imperatoris tertie D solidos parie. Facta regula testamenti ista die notum Dominico, II idus augustus, era M. C. X. IIII, regnante Rex Anfonso in Toletola, et in Leone, et in Castella, et ego Salvator Iohannes in hac regula que feci volui et legendo audivi, et de manu 30 mea + roboravi, coram testes Petro et Martino, hic testes sumus et legendo audivimus et de manus nostras + + roboravimus, Martinus notuit.

Esta carta no puede ser del año 1076 que vemos en su fecha, pues aun no había Alfonso VI conquistado a Toledo, ni en esta fecha fué domingo el día 12 35 de agosto. Si la X tuviera el rasgo que la hace valer 40, resultaría el año 1106, en el cual el 12 de agosto fué domingo, y ya el rey Alfonso podía titularse rey de Toledo. Creemos que en la carta primitiva se leería era MCXⁱIIII, o sea año 1106.

LXIV

Jueves 9 de septiembre de 1025.

[f. 46.]

EN IGOLLO

Sub Christi nomine et individue Trinitatis, omnibus episcopis, vel abbatibus, presbiteris et diachonibus, clericis atque omni populo christiano fidelissimo Deum timentibus et in regule sancte consistentibus. Ego quidem Donna Eylo, licet indigna, timore compunctu, diem iudicii timendo et portas inferni evadendo, et ianuam paradisi 5 introiendo sic pro me quam etiam de viro meo Vellidi Monioz pactum vel testamentum tradictionis facio a Deo et a regula Sancte Iuliane Virginis, et ad abbati Donno Iohannes, de illas casas cum sua ecclesia qui sunt in villa Egollo in territorio de Camargo, sive casas quam et orreos et lagares et cellarios, curtes, quam etiam 10

cunctis tectibus, sive terras quam pumiferas, defesas, pratis, pascuis, padulibus, felgarius, molinos cum aqua ductiles suos in rivo de Vezaniella, exitus vel regressitus, et hereditatem cum omni pumifera que comparavimus de Omecho Monioz vel que hedificare potuimus, qui est per terminu de neptis de Cetij et per illa itinera antiqua que discurret ad villa Egoallo, et per miere de omnes de Egoallo et per illa itinere que discurret ad illo monte et ad ripas et terminum de Nuno, et por coba maiore, et per illa penna de Miratorio, et revertit se ad terminu de neptis de Cecij, et pumare cum suo terrefundus iusta terminu de omnes de Egoallo et terminu de Nunu, et terminu de Sancta Cruce, et terminu de Ciezo, et per illa via et per terminu de Ulalio, et include illa fonte cum suos felgarius, et est in loco ubi Caudelio, et alio pumare in miere de Coto, ubi dicent Felgario, per terminum de Cidi Martiniz et de Iuliana. Infra ipsos terminos ipsa hereditare cum sua arbuscula vel quod superius resonat intus et foris per cunctis suis terminis et locis antiquis per ubique suo directo invenire potueritis per cartula damus atque in pactum confirmamus ab omni integritate, ut nullus homo ad laicale parte revertere presumat. Si quis tamen aliquis homo ex progenie nostra sen extraneis qui hunc testamentum vel scriptura ista dirumpere quesierit sive regi vel potestas, quam populorum universitas, quisquis ille fuerit, qui talia comiserit post parte de regula Sancta Iuliana, in primis ira Dei Patris Omnipotentis descendat super cum et discomunicatus permaneat de fide Christi, et cum diabolis abeat parte in eterna damnatione. Amen. Et pariet quantum duplato ibidem loco, cum C, solidos, et ad Imperatoris tertie auri libras VI. Facta scriptura ista die V.^a feria, V idus septembris, era M. LX. III, regnante Anfonus in Legione, et Comite Garsea in Castella et in Asturias. Et ego Donna Aylo hoc testamentum que fieri elegi, volui et legente cognovi et manu mea + roborabi coram testes: Sonna presbiter et Ermigildus hic testes sumus et manus nostras + + roborobimus.

El P. Sota (*Crónica*, pág. 645) publicó esta escritura.

LXV

Jueves 27 de diciembre de 1128.

[f. 47.]

EN TONNANES

Sub Christi nomine. Ego Gutierre Petriz et uxor mea Oria, ut non per metum neque per turbatu sensu sed pro expontanea nostra voluntate placuit nobis ut vindivimus ad tibi Martinus abba sedis Sancte Iuliane nostra hereditate que habemus in villa que vocitant Tonnanes cum totas suas divisas que ad nos pertinent sexma portione in illa medietate et illa sexma portione ab omni integritate et ratione in illo monasterio cum sua ecclesia et cum sua hereditate ab omni integritate quantum ad mihi Gutierre et ad uxor mea Oria pertinet in terras, pumares, in defesas, felgarios, sernas, pratis, pascuis, et mea ratione in illo molino de rio que dicunt Pellar in aquis aquarum, vel in sedicas molinarum quantum pertinet in montes, in fontes, exitus et regressus ab omni integritate vindivimus per que accepimus precio de tibi Martinus abba per ipsa hereditate cum sua divisa et cum sua ecclesia uno cauallo pro colore morciello, et II bobes de quinque, quinque modios in sub uno valente D solidos nostrum precium complitum, quod inter nobis bene complacuit, et ad tibi Martinus abba debitum non remansit pro dare nec ad vobis Gutierre et Oria iure in ipsa villa Tonnanes pro iurificare, ut de odie die de iure nostro sit egressum, et in iure de tibi Martinus et in regula Sancta Iuliana fiat traditum atque confirmatum, el adfirmavimus inter nos negotium emptionis stabile per semper. Si quis tamen aliquis homo, quicquid fieri minime credimus, tam nos quam aliquis ex nostra proienes vel extranea hac nostra scriptura infringere voluerit, quisquis ille fuerit qui talia comiserit quomodo, pariet istud qui in hac carta resonat duplatum vel triplatum cum auri libras III et ad Imperatoris tertie pariet auri libras V, in simile tale loco. Facta carta die nota V.^a feria, VI kalendas ianuarii, era M. C. L. XVI, regnante Rex Adefonso in Toletto et in Legione. Et ego Gutierre et uxor mea in hanc carta que facimus legendo audivimus manus nostras + + roboravimus coram testis Michael et Petrus hic testis sumus manus nostras + + roboravimus, Michael notuit.

LXVI

Viernes 11 de agosto de 1122.

[f. 47 vto.] MONASTERIO DE SANTA MARIA
E'N TRECEÑO

Sub Christi nomine et individue Trinitatis, omnibus episcopis,
presbiteris et diaconibus atque omni propulo christiano Deum timen-
tibus et regule sancte consistentibus. Ideo ego Pelagio Assuriz et
uxor mea Oro pactum vel testamentum traditionis facimus Sancte
et fecimus Deo et regule Sancte Marie Virginis vel quorum reliquie 5
que ibidem recondite sunt in villa Trecennio, et ad tibi abbati no-
stro Petrus corpus et animas nostras tradimus et uno pumare cum
suo terrefundus en villa Trecennio en certissimo loco en Sancti Pe-
tri per termino de Iohannes Petriz, secundo termino de Sancti Petri,
tertio termino pro illo rio de la Tavierna, quantu terminu per illa iti- 10
nera antiqua, infra ipsos quatuor terminus ipsa terra cum sua pomi-
fera, ab omni integrate usque in finem seculi, ut abeatis ex inde
fratribus et presbiteris tolerationem, et ego Pelagio et Oro damus
ipso pumare ad tibi abba Petrus et ad regula Sancte Marie pro ani-
mas nostras et pro animabus de parentorum nostrorum Annaya Vel- 15
litz et certe damus ipso pumare usque in finem seculi. Si quis tamen
quod fieri minime credibus tum nos quam aliquis ex nostra proienies
vel extranea, quisquis ille fuerit qui talia comiserit, aut qui regula
ista infringere tentaverit, qui hoc fecerit, in primis sit maledictus et
descomunicatus usque in septimam generationem cum Datam et 20
Abirone cum Symone Mago el Nerone et Iuda Domini traditore cum
diabolo et angelis eius luat in inferno inferiore et super inde pariet
istud quod in hac carta resonat duplatum vel triplatum cum auri
libras III, et ad Imperatoris tertie pariet libras V.^e. Facta carta die
notu VI.^a feria, III idus augusti, era M. C. LX, regnante Rex Ade- 25
fonsus Pampolonense in Castella. Et ego Pelagio et Oro in hac carta
que fecimus volumus et legenter audivimus manus nostras + +
roboravimus coram testes. Citi Villiti hic testes sumus manus nostras
+ + roboravimus, Michael notavit.

LXVII

Viernes 7 de mayo de 1088.

[f. 48.] SENTENCIA SOBRE LA IGLESIA DE SAN PEDRO
DE MESIECOS

In presentia de Salvator Iohannes et de Petro Annayaz et de
Monio Didaz et de Martino Annayaz et de Pelagio Petriz vel de
aliorum multorum bonorum ominum de concilio de Afleca facta fuit
intencio inter nos iam nominati. Et tu Michael Flainez per illa eccle-
sia de Sancto Petro de Villanova in certissimo locum qui vocitant 5
Mesiecos. Et dicebas tu Michael Flainiz quod illa ecclesia de Sancto
Petro que fuerat de Comiti Gonsalvo Froilaz et posuit ea cum ipsas
casas que abuerat in predictum locum quod vocant Castaniare et
quod posuerat ipsa ecclesia cum ipsas casas a regula Sancta Iulia-
na, et nos respondimus vox nostra cum superbia et audacia diaboli 10
et cum fallacia qui est pater mentiarum, et aprendimus iuditium in
illa ponte de Capeçone de Vermudo Rodriz in tempore, Anfonus
Rex, et iuditium nominatum que iurases tu Michael Flainez cum
tale quomodo Salvator Iohannes que el Comite Gonçalvo Froilaz
posuerat ipsa ecclesia iam dicta a Sancta Iuliana. Et nos iam dictos 15
omines de concilio de Sancto Petro agnovimus in veritate et cogno-
vimus iusticia que tenebas tu Michael Flainiz, et non fecimus tibi
iurare et dimissimus ipsa ecclesia libera et absoluta in secula secu-
lorum. Amen. Si quis tamen aliquis ad dirumpendum venerit vel
venerimus nos qui hanc persolutionem nominati sumus aut posterita- 20
tas nostras qui divulgaverit iuditio aut contemptor suscitaverit, aut
qui talia comisserit quomodo pariet ipsa ecclesia duplata cum suos
dextros et cum sua prestancia, vel triplata cum auri libras VIII, et
ad Imperatoris tertie CCCC, solidos pariet. Facta carta persolutionem
ista die quod erit notum VI.^a feria, nonas magias, era M. C. XXVI, 25
Rex Anfonus in Legionem et Castella atque in Toletola. Et nos iam
dictis in hac solbutione que fecimus et legendo audivimus et de ma-
nus nostras + + roboravimus coram testes Citi Velliti testes sumus

et legendo audivimus et de manus nostras + + roboravimus, Michael notuit..... 30

El día 7 de mayo del año 1088 (bisiesto) fué domingo, o sábado, según que agreguemos el día de aumento al mes de febrero o después del día 7 de mayo. En el año 1087 se cumple la condición de ser viernes el día 7 de mayo.

LXVIII

Martes 22 de agosto de 1105. (?)

[f. 48 vto.] UNIÓN DE LA IGLESIA DE TRECEÑO

Sub Christi nomine et individue Trinitatis Patris videlicet et Filii et Spiritus Sancti, qui unus et admirabilis extad per numquam finienda secula seculorum. Amen. Ideo ego Hecta Rodriz una cum filio meo Rodrigo Hectaz pactum vel testamentum facimus Deo et regula Sancte Marie Virginis et ad tibi abbati Petro de uno solare cum 5 casas et con orreos et cum toto suo edifitio que habemus in territorio de Trezenio certissimo loco en na ferrane terras et pumares, exitus et regressus de monte in fonte ab omni integritate et ratione in illo puteo cu suo solare ibidem en Trezenio et en Vegas mea hereditate, en Aquigare nostro pumare cum suo terrefundus en Sancto 10 Stephano una terra cum sua pumifera nostra portione, et en na vega de Bovalle nostro pumare cum suo terrefundus ab omni integritate cum quantum ad nos pertinet in villa Trezenio. Sic tradimus ego Hecta Rodriz una cum filio meo Rodrigo Hectaz Deo et ad regula Sancte Iuliane et Sancte Marie et ad tibi abbati nostro Petrus, ut 15 nullus ad laycale ordo ausus non sedeat dare, sed ad servos Dei et Sancte Iuliane abeat inde tolerationem et nos de peccatis ante Deum remissionem. Amen. Si quis tamen quod fiere minime credimus, tam nos quam aliquis ex nostra proienies vel extranea hac nostra scriptura infringere temptaverit quisquis illi fuerit qui talia comiserit in 20 primis sit maledictus et excommunicatus usque in septima generatione cum Datam et Abirone cum Symone Mago et Nerone, et cum Iuda Domini traditore cum diabolo et angelis eius luat penas in inferno inferiore, et super inde pariet istud quod in hac carta resonat dupla-

tum vel triplatum cum auri libras V.º et ad Imperatoris tertie pariet 25 auri libras VII. Facta regula testamenti die notu III.ª feria, XI kalendas septembris, era M. C. XIII, regnante Rex Adefonso in Legione et in Toletola, et in Castella, et ego Hecta Rodriz una cum filio meo Rodrigo in hac regula que fecimus volumus legendo audivimus manus nostras + + roboravimus coram testes Citi Velliti hic testes 30 sumus manus nostras + + roboravimus, Michael notavit.

En esta carta, como en la LXII, creemos que debe enmendarse la fecha (martes 22 de agosto de 1075), pues en este año no fué martes el 22 de agosto, ni tampoco el rey Alfonso había conquistado a Toledo.

Suponiendo que la X tenga el rasgo para valer 40, diría era MCX^oIII, o sea 35 año 1105, en el cual fué martes el día 22 de agosto, por haber comenzado el año en feria I (domingo), y hacía ya veinte años que Alfonso VI había conquistado a Toledo.

LXIX

Sin año (1111 a 1157).

[f. 49.] HERMANDAD Y DONACIÓN EN CABUÉRNIGA

Sub Christi nomine et individue Trinitatis Patris videlicet et Filii et Spiritus Sancti qui unus est admirabilis extad per numquam finienda seculorum secula. Amen. Ego Martin Vermudez una cum uxor mea Maria pactum vel testamentum facimus Deo et regule Sancte Iuliane Virginis et ad tibi abbati Donno Martino, in primis 5 tradimus nos medipsos cum quantum abemus et damus nostras casas en Alfoz de Chaornega in loco pronominato en Varcenilas de suso que comparavimus de meo avere, concedimus illo cum casas, et orreos, abdegas, tectis, pratis, pascuis, padulibus exitus vel regressitus et cum suos aquaductiles et per suis terminis et locis antiquis 10 terras et pumares de monte in fonte ab omni integritate, et in alio loco en na Mason ubi dicitur Quintanila damus nostras casas cum suis tectis et cum totas suas hereditates et per totis suis terminis de monte in fonte ubique potueritis invenire ab omne integritate. Et ego Martinus simul cum matre mea Donna Maiore damus in alio 15 loco in territorio de Campo in illa villa de Sotu nostras hereditates et de nostros iermanos, que abemus de parentum nostrorum et de nostras comparationes, que tenemus et uirificamus, damus illo de

monte in fonte ab omni integritate. Sic tradimus atque concedimus ego Martin Vermudez una cum uxor mea Maria et mea Mater Donna 20
Maiore corpus et animas et quantum que superius resonat Deo et post parte regule Sancte Iuliane et ad tibi abbas Martinus et ad servis Dei qui ibidem serviunt diebus ac noctibus, ut inde abeat tolerationem, et nos ante Deum remissionem.

Esta carta es del siglo XII (1111 a 1157), de tiempo de alguno de los dos abades llamados Martín.

LXX

Viernes 31 de marzo de 1113.

[f. 49 vto.]

UNIÓN DEL MONASTERIO
DE SAN FELICES DE CAOBRECES

Sub Christi nomine et individue Trinitatis Patris videlicet et Filii et Spiritus Sancti qui unus et admirabilis extad per numquam finienda seculorum secula. Amen. Ecce nos omnes eredes nominati Pelagio Godestioz et uxor eius Donna Mayore, damus atque concedimus una cum nostros eredes Deo et regula Sancte Iuliane Virginis et ad tibi Martinus abba una cum clericorum qui ibidem serviunt diebus ac noctibus concedimus per anime nostre et per animarum parentorum nostrorum nostro monasterio Sancti Felicis, qui est situ in villa Chaoprices. Damus illo cum totas suas ereditates que pertinent ad ipso monasterio et per suis terminis et per termino de Luanna et per terminu de penna Chamin et per terminu de Arciletu, et per illa penna del Mare, nos omnes eredes nominati Pelagio Godestioz et uxor eius Donna Maiore. Damus ipsa nostra parte et illo que fuit de Oviecho Gutierrez et de Nunno Veilaz et illo que fuit del Pinu et de meos parentes, et ego Munio Citiz et Michael Iohannes et Guntsalvo Godestioz et Michael Godestioz medietate de illo filios de Monnio Didaz, Cit Annayaz Nun Didaz, filios de Godestio Petriz, Nun Godestioz, et ego Oro mugier de Martin Annayaz do ipsa mea parte et de meos germanos, damus illo atque concedimus sicut superius resonat pro suis terminis et suis prestantijs, exitus vel regressus de monte in fonte, ubique potueritis invenire, quia ad ipso monasterio 20

pertinet ab omni integritate. Sic tradimus nos omnes in unum nominati Deo et regule Sancte Iuliane et ad tibi abba nostro Martino, ut nullus ad laicale ordo ausus non sedeat dare, sed ad servos Dei, ut inde abeant tolerationem, et nos ante Deum remissionem de peccatis nostris. Amen. Si quis tamen aliquis homo, qui hunc factum nostrum vel scriptura ista quem nos iam nominatos fecimus disrumpere quesierit tam nos quam filiis aut neptis, aut de subrogata nostra persona, qui talia comiserit, sit maledictus et excommunicatus et super inde pariet ipso monasterio, sicut superius resonat, duplato vel triplato in simile tale loco cum omni suo ornamento post regule Sancte Iuliane cum auri libras duas et ad Imperator tertie auri libras quatuor, et scriptura ista firmis fiat. Facta scriptura die VI.^a feria, II kalendas aprilis, era M. C. LI, imperante Rex Adefonsus in Legione. Et nos omnes qui hanc scripturam fecimus legenter audivimus et de manus nostras + + roboravimus coram testes Citi Veliti hic testes sumus et de manus nostras + + roboravimus: Donna Maiore, Gostio Gostioz, D.^o Monnioz, G.^o Petriz, Pedro Didaz, Michael Gomez, Petrus Cidiz, Martin Martiniz, Didago Martiniz, Martin Ferro, G.^o Martiniz, Petrus Martiniz, Petrus Moro, Petrus Alfonso, Iohannes Petriz, Michael Nunniz, Petrus Petriz, G.^o Alfonso, et suos iermanos. 35 40

El año 1113 comenzó por feria IV (miércoles); el día 31 de marzo fué lunes, y no viernes, como dice esta carta.

LXXI

Miércoles 15 de febrero de 1098.

[f. 50 vto.]

UNIÓN DEL MONASTERIO
DE SANTA MARÍA DE TRECEÑO

Sub Christi nomine et individue Trinitatis, omnibus episcopis, abbatibus, presbiteris et diaconibus atque omni populo christiano Deum timentibus et regule sancte consistentibus. Ideo ego Belasquita pactum vel testamentum traditionis facio Deo et Sancta Iuliana Virginis vel quorum reliquie qui ibidem sunt recondite in villa Planes, et ad tibi abbati meo Petrus trado vel concedo ego supradicta 5

Belasquita Donna corpus et anima mea simul cum meo monasterio proprio Sancta Maria de Trecentio ex integrum offero et regula facio Deo et Sancta Iuliana, simul cum illa hereditate, que fuit de Donno Assur Gunsalvez, que comparavi ego Belasquita in Salinas et in Bovalle de monte in fonte ab omni integritate, et dedi pro ipsa hereditate proprio meo monasterio, que vocitant Sancto Iohanne de Capeçone, sic trado ista hereditate quomodo et illo monasterio Sancta Maria, ut de hodie die firmiter illo abeat per regula ista Sancta Iuliana usque in finem seculi, ut habeant ex inde fratribus vel presbiteris tolerationem, et ego Belasquita de peccatis meis ante Deum remissionem. Si quis tamen aliquis homo quod fieri minime credo, ego Belasquita aut aliquis ex proienie mea, quisquis fuerit qui hunc pactum inrumpere voluerit, in primis descendat super eum ira Dei omnipotentis, et excommunicatus permaneat, et pro temporali pena pariet ipse homine diabolicus post parte regula Sancta Iuliana duplatu vet triplatu cum auri libras III, et ad Imperatoris tertie pariet auri libras V.^e. Facta carta et regula die IV.^a feria, XV kalendas marcias, era M. C. XXXVI, regnante Rex Adefonsus in Legione et in Toletto et in Castella. Et ego Belasquita in hac regula que feci legenter audivi et manu mea + roboravi coram testes Citi Velliti hic testes sumus manus nostras + + roboravimus, Michael notuit.

El año 1098 comenzó en feria VI (viernes); el día 15 de febrero no fué miércoles, como dice esta carta, sino lunes.

LXXII

Miércoles 15 de febrero de 1116.

[f. 51.]

EN HELGUERA

Sub Christi nomine et individue Trinitatis, omnibus episcopis, abbatibus, presbiteris et diachonibus atque omni populo christiano Deum timentibus et regule sancte consistentibus. Ideo ego Cete Donna pactum vel testamentum tradictionis facio sicut et fecit Deo et regule Sancta Iuliana Virginis vel quorum reliquie qui ibidem sunt recondite in villa Planes et ad tibi abbati meo Martinus trado

et concedo ego supradicta Cete Donna corpus et anima mea simul cum medietate de meo solare dono ad filia mea, et sedeat semper de Sancta Iuliana cum suo solare medio et si noluerit sedere de Sancta Iuliana, ego integrum concedo et ofero ad Sancta Iuliana casas et orreos, terras et pumares, torcularia, curtes, cupas, pratis, pascuis, pandulibus, felgarias, exitus et regressus de monte in fonte cum quantumque ad ipsum solare pertinet ab omni integritate in villa prenomina, id est Felguera, ut de hodie die firmiter illo obtineatis post parte de regula Sancta Iuliana usque in finem seculi, ut habeatis ex inde fratribus vel presbiteris tolerationem, et ego de peccatis meis remissionem. Amen. Si quis tamen aliquis homo, quod fieri minime credo, Cete aut aliquis ex proienie mea, aut aliquis libet homo, aut regi vel potestas qui hunc factum meum inrumpere voluerit, in primis descendat super eum ira Dei omnipotentis, et rufea celestis, et excommunicatus permaneat ad sacro sancta comunione, et cum Iuda traditore habeat partione in inferno inferiore, ubi nulla est remissione et pro temporali pena pariet ipse homine diabolicus qui talia comisserit post parte regula Sancta Iuliana quantum ausus fuerit conatus inrumpere duplatum vel triplatum, cum auri libras II, et post parte Imperatoris tertie pariet auri libras V.^e et scriptura testamenti ipsius non rumpetur, sed firmis et stabilis permaneat in perpetuum viviturum. Factus vel scriptus est testamentus istius die IIII.^a feria, XV kalendas marcias, era M. C. L. IIII, regnante Regina Donna Urracha in Legione et in Toletto atque Castella, et ego Cete Donna in hac regula que feci volui, legendo audivi manum meam + roboravi coram testes Citi Velliti, hic testes sumus manus nostras + + roboravimus, Michael notuit.

El año bisiesto 1116 comenzó en feria VII (sábado), y el día 15 de febrero fué martes, y no miércoles, como leemos en este documento. Es de creer que escribiera el amanuense IIII^a feria en vez de III^a feria.

LXXIII

Sin año (1056). (?)

[f. 51 vto.]

[HELGUERA]

Et sub inde facimus captum Iuliana Petriz con meo marito Martin Castellano a vos abbate Dⁿ Antolino, et ad vos seniores Sancte Iuliane trado isto medio solare de Felgera de Cete Donna ad Sancta Iuliana con meo foro V fogaças I carnero, et alio medio solare que es de Sancta Illana quel tenga en prestamo et non facio alio foro, 5
nin erecha nin pedido, nin sayone que non entre en suo solare, et si abbate de Sancta Iuliana facio contraria quel saque de foro que non queria endereçase, vadean con mea hereditate ab infetiam con la media, et alia media remanesca en Sancta Iuliana. Et sim ir quisiero remanesca toda la hereditate en Sancta Iuliana et non fagan 10
nulla contraria.

En la carta VIII, del año 1056, figura el abad Antolino, como en esta LXXIII; de modo que ambas deben ser de la-misma época.

LXXIV

Sin año.

[f. 52.] IGLESIA DE SAN PEDRO DE PADILLA
DE SUSO

In Dei nomine et eius gratia ego Philip Monioz do et concedo illa ecclesia Sancti Petri de Padiella de suso cum suo orto et cum suos exitus et suas entradas, et do una terra en cabo de villa de una pars illa carrera de Padiella de iuso, et a multis locis, et de alia pars terra de Sancti Iohannis de Raiçedo et de una serna en Val de 5
Menee della, et della pars assi como las aquas vierten, et de quantum abeo in Padiella terras, vineas.

LXXV

Sábado 18 de mayo de 1127.

[f. 52.]

COMPRA DE HACIENDA EN ARCE

Sub Christe nomine et individue Trinitatis. Ego Roderico Gundisalviz Comes, ut non per metum neque perturbatum sensum, sed spontanea mea voluntate trado atque concedo Deo et regula Sancte Iuliane illa mea hereditate de Arce con casas et orreos et con quantum ibi mihi pertinet ab omni integritate per quantum accepi precio 5
decem marcos de plata de tibi abbas Donnus Martinus sedis Sancte Iuliane et de vestra congregatione quantum nobis bene complacuit, pretium et datum pro ipso solare de Arce que fuit de Petro Didaz cum sua divisa, et cum sua tota hereditate de monte in fonte ubi-
que potueritis invenire ab omni integritate. Et est ipsa hereditate 10
iusta Sancte Marie de Arce certissimo loco in Solerana. Et afirmamus inter nos negotium contemptionis stabile permaneat semper. Si quis aliquis homo qui contra hunc factum nostrum inrumpere voluerit qui talia comiserit quomodo pariet istud qui in hac carta resonat
duplatum vel triplatum in simile tale loco cum auri libras IIII.^{or} et ad 15
Imperatoris tertie pariet VI libras auri. Facta carta die notu sabbato, XV kalendas iunias, era M.^a C.^a LX.^a V.^a, regnante Rex Adfonsus neptis, Adefonsus Regis Principis in Legione et in Toletto et in Castella. Et ego Roderico Comes in hac carta que feci legendo audi-
vi manu mea + roboravi coram testis, Petrus et Iohannes hic testes 20
sumus manus nostras + + roboravimus, Roderico Gundisalviz + confirmo, Roderico Petriz + confirmo, Garcia Ferrandiz + confirmo, Godestio Petriz + confirmo, Alvaro Iulanez + confirmo, Alvaro Petriz + confirmo, Michael notuit.

El año 1127 comenzó en sábado o feria VII; el día 18 de mayo fué miércoles, 25
y no sábado, como dice el documento.

Esta escritura fué publicada por el P. Sota (*Crónica*, pág. 664).